



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

IIX. De conjugio leprosorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

oniam inter has personas tenet, si modo
contra vitam primæ uxoris machina-
sit, nec prima uxore superstita fidem de
matrimonio contrahendo sibi invicem dede-
rat; quod si horum alterum intervenerit,
matrimonium non valet. *c. 3. & 6.* Quid si
quis vivente legitima uxore aliam duxerit, vel
ante ea sponsalia contraxerit? Aut hæc scie-
bat illum habere uxorem, aut ignorabat: &
ante prima uxore aut ab ejus viro cum quo
contraxit, carnaliter cognita est, aut non.
Si aut fuit ab eo cognita, aut sciebat eum ha-
bere uxorem, matrimonium omnino rescin-
ditur, & ne mortua quidem prima uxore to-
ratur. *c. 4. 5. & ult.* Si vero ignorabat eum
habere uxorem, & cum eo carnaliter se non
conscivit, matrimonium post primæ uxoris
obitum contrahi potest, & antea contractum
non dirimitur. *d. c. ult.* nec fit tori separatio
sine petitionem viri, nisi mulier divortium pe-
tat. *c. 1.*

IIX. De conjugio leproforum.

Septimum vitium est, si leprosi contrahant.
Hic distinctionis gratia notentur sequen-
tes regulæ. I. Leprosi possunt contrahere
sponsalia, & matrimonium. *c. 7.* II. Spon-
salia de futuro, ob supervenientem in alteru-
tro lepram dirimi possunt, nisi carnalis co-
pula secuta sit. *c. ult.* III. Sponsalia de præ-
senti,

fenti, ob supervenientem lepram non potest dirimi, licet copula non sit secuta. *Hic & gloss. in cap. quemadmodum. 25. m. teneatur. Sup. de jurejur.* IV. Tantum est, ut matrimonium lepra superveniente dissolvatur, ut conjux sanus leprosa, & vice versa, si leprosa sano matrimoniale debitum retineatur. *c. 2. ad quod si induci non potest; si utrique injungitur, ut altero vivente nuptiarum nuntiam servet. c. 1.*

IX. De conjugio servorum.

Octavum vitium est conditio servilis. *Re civili servi non contrahunt matrimonium, sed contubernium. C. de incestu. l. 3. & ad leg. Jul. de adulter. l. serv. 23. contubernales vocantur. D. de leg. 3. l. 41. §. codicill. & §. concubinae.* Jure Canonico etiam invitis dominis servitium contrahere possunt. *c. 1. Verum quis ancillam, quam liberam putat, nuptias ducat: aut si quæ nubat servo, quem libero habet: matrimonium ob erroris conditione personæ non tenet. c. 2. §. 29. q. 2.* Non est tamen error in conditione personæ, nec est matrimonium inutile, si nascatur natus ex matre ancilla & patre libero, dummodo secundum leges & consuetudinem loci partus sequatur patrem. *c. 3.*